



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de  
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non  
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

§. II. Alia difficultas expeditur

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](#)

## DE VOLUNTARIO ET INVOLUNTARIO.

105

luntaria, sed non formaliter & proximè; Ergo posendus est alius actus, ex amore mercium ordinabens, qui tribuat proximè talē denotionem. Consequentia patet, Antecedens probatur. Quia universaliter volitio finis denominat tantum ipsum finem formaliter volitum; media verò radicaliter tantum & remota; unde oportet ponere aliquem actum qui directè tensus in ipsa, denominet illa proximè & formaliter voluntaria, seu voluntaria. Atqui fugere projectionem mercium, est medium in ordine ad possessionem & conservationem illatum; sicut projicere illas est medium ad conservandam vitam: Quemadmodum ergo ex amore vita ostendit volitio absoluta & efficax projiciendi merces, ita ex amore mercium nascitur actus, quo mercator vellet, si esset possibile, eas conservari. Sicut Christus volebat vivere, si hoc esset possibile juxta Patris voluntatem: sed quia sciebat Patrem velle & praecipere mortem, absolutè volebat mori.

Dices, Non est necesse in violento, quod concurredit duplex actus, ut aliquid sit mixtum ex violento & naturali: Ergo neque in meru, ut res illa mixta ex voluntario & involuntario. Consequentia paret à paritate rationis: merus enim quedam violentia moralis est; unde qui alle-gans se fecisse aliquid ex gravi meru, violentiam allegans. Antecedens probatur in motu pro-geffivo animalis, ubi elevatio pedis est violentia corporis in quantum gravi, & est naturalis eidem viventi; & tamen non est ibi duplex etiusvel motus, sed unus tantum quod animal movere. Ergo ut aliquid sit mixtum ex violento & naturali, non requiritur duplex actus.

Respondeo concessio Antecedente, negando Consequentiam & paritatem. Ratio discrimini est, quia violentum non inventur in actionibus elicitorum & internis voluntatis, ut vidimus articulo precedenti, sed in actu externo & imperato, atque adeò executivo voluntatis: non potest autem in actu executivo inveniri duplex motus, unus absolutus, alter conditionatus; quia cum si motus in executione, omnino absolutus est: & hac ratione etiam in actione exteriori facta ex meru non datur duplex actus, sed tantum unius verbi gratia, in ipsa projectione mercium, unus tantum motus datur, non duplex; unus ad projiciendum, alter ad non projiciendum. Voluntarium autem, & involuntarium, non solum in actionibus externis & à voluntate imperatis, sed etiam praecipiù in internis & elicitorum reperientur; unde in meru non repugnat dicitur duplex actuū elicitorum & internum, quo voluntas efficaciter & inefficaciter ad idem ob-jectum diversimode consideratum terminetur.

Dices rufus: Vel ille actus à quo projectio mercium denominatur involuntaria secundum quid, est conditionatus ex parte objecti, vel ex parte actus? Si ex parte actus, nondum datur de facto, sed dabitur si ponatur conditio: si ex parte objecti, talis actus est absolutus ex parte voluntatis, & sic projectio mercium erit absolute voluntaria & absolutè in voluntaria, quod im-plicat.

Respondeo, actuū illum illum esse conditionatum solū ex parte objecti, & absolutum ex parte potentia. Ad probationem in contrarium dicendum est, quod licet repugnet projectio mercium esse absolute voluntariam, & absolu-

A te involuntariam, si ly absolute usurpetur pro perfeccione seu efficaciter; non tamen si accipiat pro actu absoluto quidem ex parte potentiae, sed imperfecto & efficaci: quamvis autem alteramus illam volitionem projiciendi merces esse in seipso absolutam, & conditionatam solum ex parte objecti, non tamen ponimus esse efficacem.

Instat Curiel, & ait esse valde difficile, & forte improbable, quod ille qui videt periculum submersoris praesens, & judicat non posse vivi, nisi projiciendo merces, & propterea efficaciter vult illas projicere, & de facto projicit, eodem tempore hunc actum inefficacem elicit; nolo projicere merces si tempestas non detur, vel si non adiut vita periculum; Ergo talis actus admittendus non est.

Respondeo, negando Antecedens: Nam etiam Deus videns quandam hominem reprobum infallibiliter esse damnandum, & consequenter habens actum quo vult efficaciter ipsi denegare gloriam; simul tamen habet voluntatem antecedentem & inefficacem de ipsis salute, absolute & secundum se, seu praeclisis circumstantiis, considerata, ut in tractatu de voluntate Dei fuisse ostendimus. Est tamen haec dis-ferentia inter hoc exemplum, & nostrum propositum, quod in Deo, ratione infinitatis, idem actus qui est volitio efficax denegandi gloriam reprobo, est volitio conditionata ex parte objecti ipsius salvandi, in nostro autem proposito debent ponri duo actus distincti.

### S. II.

*Alia difficultas expeditur.*

Dico secundò: Quæ ex meru sunt voluntaria simpliciter, & involuntaria tantum secundum quid.

Ita Divus Thomas hic articulo sexto, ubi sic discutit, Illud quod est voluntarium hic & nunc ponderatis omnibus circumstantiis, & involuntarium solum secundum te, abstrahendo a circumstantiis, est voluntarium simpliciter, & involuntarium secundum quid: Sed opus factum ex meru est voluntarium hic & nunc, ponderatis circumstantiis, & involuntarium consideratum secundum se: Ergo est voluntarium simpliciter, & involuntarium tantum secundum quid. Minor patet in exemplo supra adducto projectionis mercium. Major autem probatur ex discrimine quod omnes admittunt inter intellectum & voluntatem, & inter objectum utriusque: nam intellectus trahit ad se res praesentes quantum ad quidditatem, & objectum ipsius est quidditas rei materialis, abstrahendo ab omnibus conditionibus individualibus: At vero voluntas tendit ad res ut sunt in se, & objectum eius est res ipsa in voluntate suis omnibus conditionibus, & ut est hic & nunc.

Confirmatur: Quod est volitum efficaciter & absolutè, nolitum verò inefficaciter & conditionatè solum, est voluntarium simpliciter, & involuntarium secundum quid: At opus factum ex meru, est volitum efficaciter & absolutè, & nolitum inefficaciter solum & conditionatè, ut patet supra dictis: Ergo est voluntarium simpliciter, & involuntarium tantum secundum quid. Unde quando sanctus Thomas secunda secundæ questione centesima quadragesima secunda, articulo tertio docet id quod fit ex meru,

O sim-

Tom. III.

simpliciter non esse voluntarum, sumit illam A quod est interioris consensus, sed etiam quod est exterioris mancipacionis & traditionis, quatenus sit per modum contradictionis cum Ecclesia & spiritualis matrimonii, aut levitatis, id est voluntarii, quod sit ex metu, non esse parere voluntarium, sed mixtum ex voluntario & involuntario, ut patet ex verbis illius, sic enim ait: *Quae sunt ex timore principia habent ab exteriori impellente; unde non sunt simpliter voluntaria, sed mixta, ut dicitur in 3. Ethicorum.*

## S. III.

## Corollaria ex dictis.

**X** dictis colligitur primo, in his quæ metu sunt, esse sufficiens voluntarium ad peccatum mortale; nam illa sunt voluntaria simpliciter & absolute, quamvis aliquid involuntarii habeant admixtum: Ergo metus non excusat mortaliter à culpa, licet eam diminuat, & levius peccatum faciat, ac mitiori poena plectendum. Sic adversus Christianos illos, qui in persecutione, metu ac terrore vel cruciatu fracti, cesserant, tollerabilius est poenæ modus constitutus, quam in eos qui sponte deliquerant, ut in Ancyra Synodo & Nicæa, aliusque factum esse scimus. Sic etiam Lucretiam illam, cuius à Gentilibus impensis est commendata calitia: *Fortasse juveni violenter irruenti, etiam suâ libidine illecatu consenserit.* Suspiciatur Augustinus lib. 1. de civit. cap. 9. eam, que non violenter oppressam, sed metu dedecoris, vi etiam esse obstinatam pudicitiam, innuit Poëta, hoc versu:

*Succubuit fama viâ pueram metu.*

Quare non dubia est illius culpa, sed cui facilius possit ignosci, quod in vita & ex metu consenserit.

**XI** Colligitur secundò, contractus ex metu factos, jure naturali non esse irritos; quamvis jure positivo aliqui irritentur, quando metus est gravis & injuriosus, seu cadens in virum constantem, ut loquuntur Theologi. Ratio est, quia metus de se & ex natura sua non facit involuntarium simpliciter, sed tantum secundum quid: Ergo non solvit valorem contractus ex defectu voluntarii, & ipso jure naturæ.

Confirmatur: Non requiritur major voluntas aut libertas ut contractus valeat, quam ut peccatum mortale fiat: Sed voluntarium ex metu sufficit ad peccatum mortale, ut jam vidim: Ergo & ad valorem contractus, quantum est ex ratione voluntarii, & juris naturalis.

Veruntamen jure positivo irritantur plura, **XII** quæ sunt ex metu gravi & cadente in virum constantem: v.g. jure positivo matrimonium contractum ex metu, nullum est, ut constat ex cap. Locum, & ex cap. Veniens de sponsalibus. Idem est de voto solemnis, ex metu gravi emissio, ut patet ex titulo: *De his quæ vi, metu, re causa sunt, & ex Tridentino lessi: 25. de Regularibus cap. 19.* ubi conceditur ut Religiosi ex metu profissi, possint intra quinquennium reclamare, & si probaverint professionem ex metu esse factam, quod sit nulla. Quantum verò ad votum simplex ex metu factum, non sic irritatur à Jure, ut annotavit Sylvester in lumina, verbo *Miru;* quia scilicet non habet exteriorem traditionem, sed tantum interiore promissionem seu consensem, qui per metum extorqueri non potest. Econtra igitur votum solemnem, cum non solum habeat id

A quod est interioris consensus, sed etiam quod est exterioris mancipacionis & traditionis, quatenus sit per modum contradictionis cum Ecclesia & spiritualis matrimonii, aut levitatis, id est voluntarii, quod non solum consummat interiori consensu, sed exteriori etiam traditione, ut sumitur ex cap. Puelle 20. qu. 1. & cap. Canvirum de regularibus. Plura quoque alia ex metu facta Jure positivo irritantur, ut electio Praelati, iurisdictio data vel propagata ex metu, abrogatio ab excommunicatione, metu facta, &c. ut videri potest apud Sylvestrum loco citato.

Porro illa omnia à Jure irritantur, primò ob vitandas lites, aliaque inconvenientia, quæ ex his quæ metu cogentes sunt, seque solent; secundò, quia saepissime contingit, deesse in his consensu verum, quantum vis verbis externis profatur: tertio, in peccatum illius qui in injuria metu incurrit: metus enim est effectus careat, quod per injuriam extortum est.

Ex his facile solvet argumentum, quod contra tecundam conclusionem in hunc modum fieri solet: Matrimonium & votum solemnis sunt invalida, si sunt ex metu in constantem virum cadente: Ergo non sunt voluntaria simpliciter. Consequens patet: nam omne matrimonium, & omne votum simpliciter voluntarium, debet esse validum.

Ad hoc, inquam, patet responsio ex jam dictis: concessum enim Antecedente, negindictum Consequentia. Ad cujus probationem, diliguntur Antecedens: debet esse validum per leloquendo, & attento Jure naturali, concedunt per accidens, & attenta dispositione Juri positivi, negantur. Potest enim Ecclesia ponere quoddam conditiones, sine quibus votum aut matrimonium non sunt valida, inter quas una est, quod sicut sine metu, sicut etiam in matrimonio alieni statuit conditionem, quod scilicet haec coram proposito & testibus, id est matrimonium clandestinum, licet voluntarium, est invalidum.

Potest etiam objici contra eandem conclusionem, quod metus gravis exculpat à culpa transgressionem legis; & id est non peccat, qui ut metus grave malum, omittit Sacrum in die festo, aut frangit Ecclesiæ jejunium; Constat autem transgressionem legis non aliter culpa vacare, nisi quia non est voluntaria: Igitur metus tollit voluntarium simpliciter.

Sed responderetur negando Antecedens, si intelligatur de transgressione formalis legis; existente enim hujus obligatione, nullus metus excusat simpliciter à culpa, licet eam diminuat propter ea verò non levans jejunium, vel non audiens Sacrum, ob metum gravem, non peccat, quia tunc cessat obligatio legis; & eo quod legis humana, & etiam aliquippe divina, non obligant nisi cum possint commode observari; cum verò non possint absque gravis mali periculo, cessat obligatio, & consequenter formalis eascum E transgressio.